

ipsa venditio vere fiat de presenti, vel saltem pro tali re vera habeatur per traditionem rei, & pretij vt supra dicebamus, & in terminis satis recte probauit Lassarte vbi supra numero 41. cum sequentibus, & etiam Gironda præcitatus: aliud enim est emere, & vendere, aliud promittere de vendendo, & emendo, & ideo ex sola promissione de vendendo, & emendo non potest agi ad pretium, secundum Paul. de Cast. consilio 93. in causa, que veritur coram notabili vno, columno. 3. versicul. veniendo ad decisionem libr. 2. quem refert, & sequitur, pluribus aliis doctrinis confirmans, Tiraquel. vbi supra dict. num. 49. non enim verba pacti de vendendo nec mens partium referuntur ad actum presentem, sed omnia in futurum conferuntur, ideo predict. limitatio in proposito nullo modo congruit.

17 Modo non obstant adducta supra pro prima parte affirmatiua in principio huius questionis. Et non quidem primò de circuto cuitando, quia procedit in casibus expressis à iure, qualis hic nollet non est alias secus: vel etiam habet locum vbi circuitus inuitilis: secus si aliqua infirmitas, vt notat Cardinal. in dicto clementina auditor. 14. questione de rescriptis Decius in dicta l. cum fundus. §. seruum trium imprudens in 1. notabil. Tiraquel. de retractu. consuet. 2. §. glof. 1. n. 7. 1. & ad finem titul. sub n. 41. hic autem circuitus est vitilis propter dilationem ad soluendam gabellam.

18 Non obstat secundum ex doctrina Ioannis Andree & sequacium, que habet, vt ex sola promissione aliqui faciendi agi possit, ac si id iam factum esset: quia Decius vbi supra inquit, illud dictum Ioann. And. semper multum sibi vitium fuisse dubitabile multis rationibus, de quibus ibi per eum, quas refert Tiraquelus dict. num. 41.

19 Ex quibus fit, vt præcedente præd. promissione de vendendo, postea tradita gabella quidem non debeatur publicano, qui erat tempore conventionis, & pacti præcedentis, vt deberi consuevit Antonius Gomez. in 2. tom. varar. resol. capitulo octauo n. 2. & Parladorus libro primo rer. quorid. capitulo 3. §. 3. n. 32. sed prædict. gabella pertinebit ad eum publicanum, qui tempore traditionis fuerit, vt latissime contra præfatos Authores, bene probat, & tenet respondens eorum fundamentis Lassart. dict. capitulo 17. n. 43. cum sequentibus, & postea in suis nouis additionibus ad dictum suum primum locum, sequitur etiam Gironda de gabellis. 9. part. in principio, n. 5. & 6. folio. 180. columna. 2. & diximus supra questione 18. tametsi Paladorus vbi supra in noua impressione facta Salmantice anno. 1595. suam priorem sententiam n. 33. cum Antonio Gomez. dicat verissimam, atque cum nitatur defendere ab argumentis Lassart. vbi supra.

S V M M A R I V M.

- 1 Venditioni consentiens, an, teneatur soluere gabellam? & n. 3.
- Consentiens venditioni, an teneatur soluere gabellam? & n. 3.
- 2 Retractus an habeat locum, quando quis consentit venditioni?

Q V Æ S T I O X L V I I I.

An venditioni consentiens teneatur soluere gabellam?

Q Væro etiam: An qui non vendit, sed venditioni consentit teneatur soluere gabellam? Et videtur eam ipsum non debere, aliud enim est consentire, aliud contrahere, Bald. in rubric. in fine C. de pacto ex textu in l. si pater. §. fin. ff. de manumissione vindict. Afflict. in capitulo 1. §. veltigalia numero 40. qua sunt Regal. Præterea aliud est vendere, aliud venditioni consentire, vt in l. aliud est vendere, & ibi Decius ff. de regul. iur. ideo venditio attribui debet vendenti, non vero consentienti, cap. pastoralis, & ibi collectat. colum. 1. versicul. ista decretalis, de donat. & in principio ne sece vacant. lib. 6. cum similitudoque iura in vno loquentia, non habent locum in alio vt in d. l. §. vltim. & in l. si minor la prima. ff. de manumiss. vbi dicit. cum similit. de quo agit Tiraquel. de retractu. lignag. §. 1. glof. 9. n. 101.

Nihilominus tamen in præmissa specie locus erit retractui, ac si consentiens venderet, quia mens consuetudinis retractus, & iuris nostri Regij id permittentis est quod si res transeat in extraneum titulo venditionis, habeat locum retractus, que quidem mens, hic locum habet: quia consentus in proposito venditioni præstitus, vim habet venditionis, quantum ad id, de quo agitur, vt probat in specie retractus Tiraquel. in l. conuualibus glof. 2. in 12. questione in verbo conuualiter, & in repetit. l. si vnquam, verbo, donatione largitus in 12. questione, numero 278. cum sequent. C. de reuoc. donat. & de retractu lignag. §. 1. glof. 2. numero. 56. & glof. 9. numero. 106. cum sequentibus.

Ergo eisdem rationibus consentiens venditioni rei propriæ debet gabellam: & hoc est verius, & tenendum, quando consentiens venditioni, recipit, vel recipere debet pretium, vel partem eius, eius namque partis soluet gabellam, vel totius pretij si totum recipiat, vel recipere debeat, vel si ad euictionem se obligauerit, quia tunc censetur vendere vt in l. an adibus §. quod filius ff. de donat. vel etiam, si probabilibus coniecturis appareat, consentientem noluisse vendere, sed venditioni consentire in fraudem gabellæ, veluti si vendens esset clericus, vel aliter exemptus: his autem cessantibus consentiens venditioni non tenetur ad gabellam, sed vendens per l. aliud est vendere, & ibi Decius ff. de regul. iur. consensus enim domini pretium non recipientis donationem operatur in fauorem venditoris, itaque in hac specie venditio tribuitur vendenti non vero consentienti, argumento l. 2. §. cum vero si de donat. & in l. id, quod §. si cum primus ff. de donat. consuet. & non inspicitur consentiens, sed is, in cuius fauorem consentit, Salicetus in l. si liqueat, in principio, C. de inoffic. donat. vbi, quod ille videtur vendere, cuius res est, non is, qui tantum verbo donat.

S V M M A

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an statim debeatur de venditione pure celebrata, habita fide pretio: & num. sequent. resolutiua affirmatiua nunc. 3. & peritior ad gabellarium, existentem tempore contractus, vt in num. 4.
- 2 Laudemium an statim debeatur ex venditione pure celebrata, fide de pretio?
- 3 Venditor ante diem solutionis pretij non liberatur cedendo gabellario actionem, vsque ad quantitatem gabellæ debite contra emptorem.

Q V Æ S T I O X L I X.

Utum de venditione pure Celebrata, habita fide de pretio, debeatur statim gabella?

Q Væro vltius an ex venditione pura, habita fide de pretio debeatur statim gabella, vel expectandus sit lapsus termini solutionis pretij ad hoc, vt gabella peti possit?

Et quidem quo ad solutionem laudemij attinet, quod ante lapsum termini solutionis pretij peti non possit, probat Carolus Molin. in consuetud. Parisien. titul. 2. §. 55. glof. 1. numero. 40. cum sequentibus vbi dupliciter limitat. Primo n. 44. nisi frans fiat, & dilatio ad vendendum pretium simuletur, tunc namque, quod vere actum est obferuabitur.

Secundo limitat Carolus Molinus num. 46. suam præd. sententiam, nisi ex alia causa non respiciente taxationem, & limitationem pretij, sed in compensationem, vel contemplationem alicuius oneris per emptorem vltia pretium, suscepti, & promissi in fauorem venditoris concesserit venditor dilationem pretij: vel si postquam pure venditor tunc vendisset certo pretio statim soluendo, fidè de eo haberet emptori, vt gratiam ei faceret: tunc enim statim laudemium domino debebitur: Ergo & gabellario: Cum enim pure gabellario obligatio gabellæ acquisita sit, eius damnum venditor pacisci non potuit, dilationem pretij soluendi emptori concedendo, & in terminis statui præcipiens, quod ex contractu soluatur gabella, idem probat Alexander de Imolin. l. in lege falcidia non habetur, numero 2. ff. ad falcid. quem sequitur Soderic. Snar. in titulo de las arras. §. ex quibus numero 9. tametsi Bartol. in dict. l. in l. falcidia, in ea sit sententia, vt licet statim debeat solui veltigal, deducendum tamen sit intervallum medijs temporis, quia minor est illa quantitas, que ad diem est soluenda: Sed opinionem negatiuam Alexand. sequitur Parladorus lib. 1. rerum quotidianarum, capitul. 3. §. 7. numero 15. cum sequentibus, dicens hoc quidem magnam habere rationem, durum enim, & pene iniquum videtur, vt venditor ante pretium receptum veltigal soluere cogatur, cuius opinionis alie rationes assignantur, nempe, quod cum nomine gabellæ solui debeat decima pars pretij, quoties venit l. titul. 17. hoc libro §. nota collecti. Reg. ante solutionem pretij non potest dari eius decima que soluatur. Ergo gabella regulanda erit eadem mensura temporis qua in pretium, argumento l. nec semel. §. si in habito. ff. quand. dies legat. ced. Cum igitur gabellarius

petens gabellam se fundet in contractu venditionis, necesse habet sequi limites ipsius venditionis, nec poterit eos anticipare, vt alias inquit Carolus Molinus in consuetudin. Parisien. 3. par. titul. 1. §. 13. glof. 2. in fine. Deinde, quoniam liberum est unicuique rem propriam vendens fidem habere de pretio, hoc est cum vendere ad creditum, nec inde aliqua fraus fieri videtur fisco, vel gabellario, quod solutione pretij in tempus differat, cum non debeat esse melioris conditionis in hoc fisco, quam dominus ipsius rei, sed venditor vt sibi consulat, vt plurimum contingit, habet fidem de pretio, ergo & fisco respectu gabellæ, eidem conventioni stare tenetur lex enim gabellaria non cogit sic, vel sic vendere.

His nihilominus non obstantibus, contraria sententia verior est, & receptor in praxi, imò quod in specie nostræ questionis ex venditione rei, habita fide de pretio celebrata, statim debeatur gabella, & peti possit: antequam veniat dies solutionis pretij.

Primo ex l. 31. titul. 19. hoc libro. 9. dum generaliter præcipit, statim post quinque dies, à tempore venditionis contractæ computandos, deberi solui gabellam nulla distinctione facta, an venditio pura sit, vel in diem celebrata: ergo nec nos distinguere debemus, vt in iuris vulgaribus. Vnde minus bene dixisse videtur Parladorus, vbi supra scilicet nisi venditio habita fide de pretio facta sit: hæc neque limitatio ad eam l. nimis licentiosa est, & non secuta, imò falsa, vt ex prædict. patet & affirmat Lassartus de decim. vendit. cap. 6. n. 24.

Secundo ex l. 10. tit. 17. hoc libro 9. ad finem, ibi Por no ser acabada de pagar. &c.

Tertio, quia licet decima pretij soluenda sit nomine gabellæ, vt in dict. l. 1. non tamen est, nec dici potest onus adiectum ipsi pretio, ita quod ipsius naturam, & conditionem sequi debeat, sed potius est onus consequitium contractus venditionis, & permutationis, vt sæpe cum Baldo in l. 1. numero. 4. C. de contrahenda emptione docuimus in hac materia. Etenim propter ipsam venditionem, aut permutationem, & ex ipsa soluitur gabella: atque principio concessa fuit gabella nostris Regibus à populis huius Regni ex venditionibus rerum suarum: quantitas autem gabellæ nostræ designata est decima pretij, quo res venierit: Aduerte tamen, ipsam l. non dicere: De todo el precio por que vendieren, & se pagare: sed tantum de todo el precio por que vendieren & in principio: Mandamos que los vendidores paguen el alcavala itaque que nullibi reperitur facta mentio, solutionis pretij, ad hoc vt gabella debeatur, & soluenda sit, sed tantum de venditione pretij ideo autem fit mentio, vt designentur quora eius soluenda pro gabella, hoc est decima: Non ergo gabella soluenda sequitur rationem, aut conditionem pretij: alias enim si pretium ad venditorem nonquam perueniret, gabellæ locus non fieret, quod verum non est, quia venditio semel celebrata, quiquid de pretio postea contingat debetur gabella, vt quotidie in praxi videmus, atque ita curadum non est, an res tradita vel pretium solutum ad hoc, vt ille peti possit, vt docuimus supra alia quæst. Tandem quia si aliud diceremus in manu venditoris esse: differre gabellæ solutionem: pro libito suo, afferendo sæpe, ac sæpius, sibi pretium non esse solutum, vel dilationem concedendo per gratiam emptori ad solutionem vere, vel fide, vel exigendo per partes etiã minimas aliasque fraudes

confringendo in præiudicio iurium Regalium, quod esse maximum absurdum.

Et in terminis hanc partem sequitur, & tenet Avendann. respon. 29. in principio ante numerum primum & in versicul. sicut, sed ex proposito late contra eum Parladorum probavit dicens, ita ex facto iudicasse Lassartus dist. capitulo 6. numero. 29. cum sequentibus, & Girondus de gabellis. 4. part. §. 2. numero 1. cum sequentibus ubi numero 8. quod illam opinionem semper prædicatam vidit: & quod intelligi potest, & habet locum in casibus, in quibus res vendita tradatur, nec dominium transferretur venditione facta, habita fide de pretio: Eandem sententiam late etiam probat, & tenet Azevedus in dicta. l. 1. numero 82. cum sequentibus titulo. 17. hoc libro 9. ubi refert quinquaginta effectus resultante, ex hac tenenda sententia: & in praxi sic video receptum, & obtentum, prout etiam affirmat Azevedus in dicta. l. numero 95. dicens, sic vidisse Repia sententia in Senatu Regio dominici patrimonij determinatum & decisum nullo interuallio medij temporis venditori per gabellarium soluto, neque solvendo, vt volebat Bartolus ubi supra citatus: Non obstant rationes contrarie partis, quia iam super dictis diluuntur, & nuncupatim eis satisfaciunt Lassarte, & Girondus ubi supra.

Illud autem proculdubio in proposito est, quod sine hanc, quam sequimur, sine priorem opinionem sequaris gabella ista omnino solvenda est iis gabellaris, qui tempore contractus fuerint: non non autem illis, qui fuissent, die solutionis adiecto, vt tradit Ioannes de Platea in l. sanctimus. C. de consul. libro 12. quem refert ad hoc Lassart. ubi supra numero 25. & probatur in l. 12. ad fin. in versicul. y los arrendadores, ibi: Y penes que las dichas y qualas y pagas se fanan a la salida de los ganados: & tenet Azevedus in dicta. l. numero 86. versicul. quartus, & numero 87. ubi refert Lassartus idem tenentem capitulo. 3. n. 10.

Nec venditor ante diem solutionis pretij rei venditæ liberabitur, cedendo gabellario actionem, vsque ad quantitatem gabellæ debitæ, vt illam exigat ab emptore, adueniente termino solutionis pretij: cum enim venditor statim venditione celebrata, ratione ipsius contractus, teneatur solvere gabellam, vt verissimum, & receptum esse docuimus: non ad implebit cedendo actionem, nec potest obligationem suam personalem in emptorem transfundere, initio creditore, qui est gabellarius contra regulam lsi mandato meo si rem si cum ibi notatis si mandas. Et ita est tenendum, tametsi in simili contrarium velit Carolus Molinus in consuetudine Parisi. l. par. titulo. 1. §. 2. ad finem ibi limita, istud notabile: sed illud in nostra materia gabellæ verum non est, nec in praxi recipitur, sed quod prædicimus secundum Lassartum & bene ubi supra. n. 28.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex remissione partis pretij conuenti distinguuntur n. 1. ubi quid ex augmento & n. 4.
- 2 Laudemium an debeatur ex diminutione, vel augmento pretij.
- 3 Fraus quomodo prohibetur in diminutione pretij contra gabellarium.

Q V A E S T I O L.

An ex remissione partis pretij conuenti debeatur gabella?

Quæro deinde: An ex remissione partis pretij conuenti facta debeatur gabella; Et videtur quidem ex hoc gabellam non minui, sed ex toto pretio conuento deberi integram: quia postquam est debita gabella, partes in pretiudicio tertij, hoc est fisci, vel gabellarij, non possunt à contractu discedere, iuxta doctrinam Baldus in l. si constante columna. secund. codice de donatione ante nup. communiter vbiq; receptam, & de qua supra quæst. 10. n. 2. meminimus.

Nihilominus tamen in re hac ita distinguendum videtur: vt siquidem in continenti re integra pretium constitutum, atque conuentum diminiuit, gabella etiam diminuat respectiue, & ea solum soluat, quæ conuenti pretio rei venditæ soluto, vel solvendo: Cum liberum sit partibus incontinenti ab emptione discedere, vt in l. ab emptione, cum similibus. de paltis. Si vero ex intervallo hoc fiat, ex causa donationis, gabella non minuitur, sed integra soluitur ex pretio primo conuento: donatio enim illa quita, nihil atinet ad venditionem præcedentem femel perfectam in præiudicio tertij: si vero hæc diminutio pretij ex intervallo fiat absque fraude ad reformationem excessus, vel inæqualitatis iusti pretij in illo contractu subsistentis, tunc cum reformatio hæc respiciat ipsum contractum emptiois, & venditionis, diminat etiam respectiue gabellam, quemadmodum per contrarium, & ipsa angebitur, si pretium conuentum augetur, vt terminis laudemij probauit Carolus Molinus in consuetudine Parisien. tit. 2. §. 55. glossa. §. n. 2. dicens, quod si emptor emit pro mille, sed non soluit, nisi sexcentum, & liberatus fuit, nihilominus tenetur soluere laudemium ad rationem pretij conuenti, non autem soluti, & hoc nisi constaret, rem non valere cicerit ultra sexcentum, & quod remissio pretij conuenti facta est, ex ista causa, & per modum reformationis contractus, quæ etiam ex intervallo, re non sequitur, fieri potest, dummodo non simulate, sed ex iusta causa, licet in consequentiam redundet in præiudicium domini: Quemadmodum e dicitur, si eo, quod res plus valebat, reformatum fuerit pretium in augendo, ne dum si per modum reformationis contractus, sed etiam si per modum simplicis supplementi, vel ex libro secundo codice de rescindenda venditione vel etiam citra compulsionem, dicta. l. quia non erat lesio ultra dimidiari, secundum veram proportionem, sed voluntarie bonam fidem agnoscendo: supplerent emptor iustum pretium, debent solui laudemia nedum de pretio conuento, sed etiam de augmento, vel supplemento: Et de contra de pretio bona fide dimiuto tanto, nisi hæc fiant donandi causa, Et addit numero 3, quod in dubio quando non apparet de causa augmenti, sed constet de pretio soluto, fundatam habet dominus intentionem suam ad ratam pretij veri soluti: nisi essent fortiores præsumptiones pro donatione, quod res non valerit ultra pretium conuentum, & venditor erat plurimum meritis, vel electus ab emptore qui etiam allegaret, se plus soluisse

soluisse animo donandi: Ergo idem videtur obseruandum in terminis nostræ quæstionis gabellæ solvenda.

Fraus autem in diminutione pretij contra gabellam fieret, quando ex commensuratione pretij, & appretati interesse constaret maximum inter hæc differret, hæc namque est coniectura magis iuridica dignoscenda fraudis. l. 1. §. 1. ff. de superficieb. De cuius cons. 500. n. 5. & ibi eius additio. Sed & aliis coniecturis id constare poterit, & ideo indices tenentur inquirere ad petitionem gabellariorum super huiusmodi fraudibus, quibus partes, vt plurimum vtuntur ad fraudandam gabellam, & veritatem, cruet: Si fingent vnos contratos, de quo non se deue alcuala, como son donaciones, por error de que se deue, o si pone menos precio de aquello que reciben, o hazen otras fraudes, por encubrir ladicha alcuala: y si ballaren ser anst, bande des hazer las fraudes, y hazer acudir al arrendador o receptor de las alcualas, con todo lo que montare el alcuala auido respecto al verdadero precio, con mas el quatro tanto de la dicha alcuala, ita decidit nuncupatim l. 11. tit. 17. hoc lib. 9. noua collect. Reg.

Alias autem, si cessante fraude ex prædictis iustis causis diminuat, vel augetur pretium conuentum, recte procedere videtur superiora. Nihilominus tamen in nostra materia gabellarum, etiam si reformatio pretij absque fraude fiat, ex causa lesionis intra, vel extra dimidiam contrariam tenendum, & obseruandum erit: imo, quod gabella debeatur, & soluat respectu totius pretij conuenti, licet excessiuum sit vel etiam respectu augmenti suppleti ex rationibus, quibus supra hoc probauimus, & resoluimus quæst. 12. per totam in materia l. 2. C. de rescind. vend. & tenet Azevedus in dicta. l. 1. n. 156. Quod si frans contra gabellam interceleserit, à fortiori idem erit dicendum.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex franquitia, hoc est quando se vende per precio franco de alcuala? resoluuntur affirmatiue n. 2.
- 2 Onera adiecta emptori sunt pars pretij, sicut contra adiecta venditori sunt pars rei.
- 3 Restitutio non conceditur pro minimo, idemque in materia penali procedit in qua, qui omisit facere, quod tenebatur, vel indebit fecit, in minimo poenam non incurrit, & potius præsumitur error, quæ culpa: scilicet quando agitur de iure ordinario cuiusque, tunc enim minimum consideratur.
- 4 Gabellarius potest venditorem conuenire pro gabella, licet ille pro pretio franco à gabella vendiderit: non tamen emptorem, nisi cesset per venditorem actio, vt in n. 7.
- 5 Venditor, quod soluerit nomine gabellæ, recuperabit ab emptore, cui ex pacto incumbit eius solutio.
- 6 Emptor à gabellario conuentus in premissa specie, si iudium sponte suscipiat, quamuis de iure non teneatur, exceptione taciti paltis, si iterum non satisfactus ad venditorem recurrat, vtiliter repellitur.

Q V A E S T I O L I.

An ex franquitia (hoc est) de la franquicia que se heze en el precio de alcuala, gabella debeatur?

Quæro præterea, an cum venditio sit franco precio, nempe mille aureis, ea lege, vt emptor teneatur soluere gabellam ipsa soluenda sit tantum de illo precio conuento mille aureorum, vel etiam de quantitate gabellæ?

Et prima quidem facie videtur dicendum, de pretio tantum conuento, quod peruenit ad venditorem, gabellam esse solvendam, ex l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. noua collect. Reg. ibi: Los vendedores paguen el alcuala de cada diez maravedis vno, de todo el precio por que vendieren: Facit præterea doctrina Carol. Molin. id. consuet. Paris. tit. 2. §. 55. glo. 2. n. 3. vbi in simili specie conuentionis tenet, non deberi duodecimam duodecimæ, quæ est infra centesimam quinquagesimam partem pretij: quia vix est præsumendum pretium pro tantillo augmentatum, nec de hoc habenda est ratio l. scio. ff. de in integr. restit. per Antonium Cortesium tractum de minimis, nisi de maximo pretio ageretur, & verisimile esset ad notabilem aliquam quantitatem ad eum pretium propter dictum onus adiectum in venditorem.

Nihilominus tamen in contraria sententia in nostra quæst. gabellæ tenenda est imo, quod ipsa debeatur, & solvenda sit non solum de pretio conuento, quod peruenit ad venditorem, sed etiam de ipsa gabella eiusdem pretij, quæ pacto contractus in emptorem adiecta fuit: hæc enim est pars pretij, quia verisimiliter res minori pretio venditur, & emitur ex eo quod emptor se grauet onere soluendi gabellam, quod alias ad venditorem nostræ l. autoritate expectabat, & sic minor esset gabella, si non solueretur, nisi de pretio conuento deber enim solui etiam de oneribus adiectis emptori, quæ sunt pars pretij, sicut onera adiecta venditori sunt pars rei, l. fundi partem. ff. de contrah. empt. l. si serilis §. si ibi ff. de action. empt. Augent enim, vel minuunt contractum, & ideo debent estimari secundum Bald. cons. 164. maritus in si. li. §. Ex quibus hanc opinionem in venditione feudis, hoc pacto celebrata, quod pretium sit francum, & liberum venditori quod debeatur patrono quintum, & sub quintum pretij probauit idem Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 24. n. 1. Ergo idem dicendum est in nostra quæstione.

Secundo eandem verissima sententia probatur in præcitata l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ibi: De todo el precio que vendieren: qui enim totum dicit, nihil excludit: sed pactum præd. quod emptor teneatur soluere gabellam est pars pretij, quia ob id res minori pretio venit, vt probauimus, Ergo & de hac gabella sub gabella etiam solui debet, ex quo cessat primum fundamentum partis contrarie: & secundum etiam eiusdem partis fundamentum in proposito locum non habet, quia quod dici solet, de minimis non esse curandum, procedit in eum sensum vt pro minimo non conceditur restitutio, & sic remedium extraordinarium, vt in d. l. scio. Idemque in materia penali procedit, in qua qui omisit facere quod tenebatur, vel indebit fecit, in minimo poenam non incurrit, & potius præsumitur

premissit error, quam culpa. quamvis, & ibi Bald. ff. de condi. & demonst. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 2. §. 56. n. 38. & 39. Secus quando agitur de iure ordinario consueque: tunc enim minimum etiam consideratur. l. si proprietario, & ibi Bart. ff. de dona. infecto. Alc. de verb. signific. lib. 1. n. 79. & Tiraq. in rep. l. si unquam, verb. omnia, vel partem aliquam n. 15. C. de renovand. donat.

Et ideo in terminis nostræ quæst. hanc secundam partem merito probatur Ioannes Parlat. quor. lib. 1. capitulo 35. 7. n. 45. secundam priorem impressionem & Lassatus. de decim. vendition. cap. 15. cum sequentibus. ubi quod iure vitur, & leuatur praxi: sequitur etiam Girondus de gabellis in pralud. n. 34. tametsi eorum opinio non placet Azueus in d. lib. 1. n. 31. priuatis quibusdam rationibus, que potius opinionem supradictorum comprobant, quam propriam ipsius Azueus.

Illud tamen addiderim, quod in specie nostræ quæstionis quoties pacto contrahentium ad emptorem respectat gabellæ solutio, nihilominus gabellarius poterit pro ea venditorem conuenire, non enim in suo pacto facere potuit, ut obligacionem suam, inuito creditore sisco, scilicet, aut gabellario, in alium transferret, ut probat text. in l. inter debitorem ff. de pallo. & in l. si mandato meo. Si enim si cum ibi notatis. ff. mandat. & in terminis probat Lassatus d. cap. 15. n. 11. qui n. 12. recte ex hoc obseruat, nihil speciale tradi in l. 8. tit. 19. lib. 9. noua collect. Reg. dum decidit, quod vendens clerico, vel alia persone privilegiatæ, atque ad solutione gabellæ immuni franco pretio, hoc est, horro de alcauala, teneatur soluere gabellam, quia hoc non tam ex eo procedit, quod emptor clericus non ita recte conueniri, queat, quam quod ita de iure est, ex præd. ratione in quocunque emptore, quod quidem manifeste probat nobis lex illa in illis verbis: *Que los vendedores ayen de pagar el alcauala, como si los vendiesen a personas legas* : iunctis verbis statim sequentibus, ibi: *Y que esto aya lugar, y se guarde no embargante, que los compradores exceptos compren los bienes horros de alcauala.* Probat ergo expresse lex illa: *Que vendiendo vno horro de alcauala, aora sea a Clerigo, o a personas legas se puede cobrar de los heredamientos, y otras cosas, que se vendieren* : quam l. intelligit Gironda. de gabellis. 4. par. §. 1. n. 11. & 12. per iudicem seculari, quia hypotheca, & causa successione tributum iurisdictionem.

6 Sed quod venditor in hac specie soluerit nomine gabellæ recuperabit ab emptore actione ex vendito, argumento text. in l. 2. C. de hered. vel actione vendit. & l. 2. §. si venditor ff. eod. tit. & in terminis probant Menochium de successione creat. §. 10. n. 25. versic. in summa & Lassatus ubi supra, n. 13. gabellarius autem non poterit conuenire in specie præmissæ quæstionis emptorem, nisi cessa per venditorem actione, quod si emptor alias à gabellario contentus iudicium sponte suscipiat, quamvis de iure non teneatur exceptione taciti pacti, si iterum non satisfactus ad venditorem recurrat, visit repellatur, arg. l. 2. C. de pact. quam ad hoc late expendit contra glossam ibi, & omnes Lassatus. ubi supra n. 14. cum seq.

SVMARIA:

- 1 Gabella an deducenda sit ex toto pretio, quo res venit an equam deducantur ex eo expensa facta in venditione, vel deductis præd. expensis: & n. seq. resolutur n. affirmatiue.
- 2 Gabella soluenda ex legato, solum deducenda erit ex eo, quod supererit deducto onere legato.
- 4 Decima prædialis Ecclesia debita computatur sine deductione expensarum, quæ fructuum ratione sunt: idem est in tributis quota parisi sisco debiti.
- 5 Gabella soluenda de pretio venditionis an, sit soluenda deductis expensis factis in proxeneticis, & substantialionibus, & aliis referunt distinctio Bart. communiter approbata.
- 6 Promissum an sit deducendum de pretio rei venditæ, antequam de eo soluantur gabella: & n. seq. resolutur affirmatiue.
- 7 Impense venditionis in duplici sunt differentia, vt hic.
- 9 Promissum non est de natura venditionis, nec de eius substantia, sed datur causam eadem.
- 11 Administratores reddituum Reipublica possunt promissa licitis modis concedere.
- 12 L. 6. tit. 13. libro 9. noua collect. Reg. intellectum.

QVÆSTIO XLII.

An ex pretio pro quo res venit deducantur expensæ antequam gabella, vel ex toto pretio sit soluenda?

Verò modo circa eandem l. tit. 17. hoc lib. 1. 9. noua. collect. Reg. an ex toto pretio quo res venierit, quodque ab emptore solutum sit, gabella deducatur, & solui debeat, an potius de residuo pretij deductis prius impensis factis, tam pro preparanda, applicanda, & perficienda venditione, ut puta sumptibus substantialionum, si res substantialetur, vel sumptibus chartarum proxeneticarum, tabellionum & huiusmodi, vel etiam quod promissi nomine datur, hoc est, lo que se da de promissio.

Et quidem quod ad priores sumptus (extra causam promissi, de quo postea in hoc eodem capite agamus) Doctores nostri satis inter se dissident: inquit enim Bald. per text. ibi in l. non amplius ff. de legat. 1. quod si debeat solui gabella ex legato, solum soluenda erit de eo, quod, onere legati deducto, supererit, quem ibi DD. sequuntur, & plura in proposito congerit Segur. in l. si ex legato causa col. 13. ff. de verb. obligat. & in terminis nostræ quæst. Firmian. Bertrach. de gabell. & par. 3. memb. n. 45. vol. 1. trakt. diuers. Doct. in antiquis, & plures allegans Tiraquel. de viqueo retract. tit. 1. §. 13. glo. 1. n. 5. & Campegius de dot. 2. par. q. 12. & de nostris in individuo Castell. in l. 70. Tarr. in gl. Et alcauala, in addition. Mexia in pragmatice taxa panis cond. 2. n. 94. & Baptista Villabos in suo arario communis. 7. ubi littera E n. 3.

Contraria tamen sententia in hoc verior est, & tenenda, imo quod gabella soluenda sit ex toto pretio, contentio, abique deductione præd. expensarum, quia sicut decima prædialis debita Ecclesiæ computatur sine deductione expensarum, quæ fru-

decim. Rebuff. de decim. q. 1. n. 3. & D. Soto de instit. & iur. ib. q. 9. 4. artic. 2. Ita etiam, si quota pars ratione tributi sisco debeatur, absque vlla expensarum deductione soluenda est ob vtilitatem publicam, que in tributorum solutione consistit, vt inquit Auendam. 2. par. c. 14. n. 15. Matthæi de Assis. de iur. Neapolit. 2. 5. n. 7. Titag. ubi supra n. 11. Paul. de Castro n. 3. & ceteri in l. fructus ff. solut. matrimon. & quamuis in specie huius fundamenti alij contrarium teneant re que controuersa valde sit, vt constat ex adductis per Tiraq. ubi supra n. 12. & 13. & per Adit. Beinard. Dic. de Lugo in reg. 2. 202. versic. 2. limit. & Bart. de decim. tit. c. 29. n. 12. & Ioan. Garz. de expens. & melior. c. 1. n. 20. & ideo ad decisionem nostræ quæstionis principalis de gabella securis factis non videatur doctrina Auendam. & ceterorum præcitata.

Nihilominus tamen præfata nostra 2. principalis sententia de re hac verissima est, & tenenda in praxi, nempe, quod præd. expensæ non deducantur ex pretio, sed quod gabella soluenda sit ex toto pretio contento, præd. expensis minime deductis, eo nempe potissimum fundamento, quod lex nostra non procedat gabellam solui ex pretio, quod ad emptorem peruenierit, quo casu ingenuè fateretur præd. expensas deducendas esse, sed potius inquit de toto el. pretio porque venditionis: ergo non deducuntur impensæ, quia alias non solueretur gabella de toto pretio quo venderetur, stante aurea, & communiter recepta doctrina Bart. in l. sed si hoc §. cuidam, num. 1. ff. de conat. & demonstrat. 1. quæ habet, quod si lege, vel statuto caueatur, vt ex pretio rei venditæ soluantur gabella sex denariorum pro libra, ea solui debet, deductis expensis, quæ in proxeneticis, & substantialionibus aliove modo factæ erunt: quia pretium rei dicitur, deductis expensis, & laboribus: si autem lex, vel statutum ita disponat, vt ex pretio, quo res venierit, gabella soluantur, vt nostræ l. 1. Regia præcipit, atque disponit, tunc absque vlla expensarum deductione ex toto pretio, contento, & per contrahentes in venditione deducto, soluenda est rem tanti venditam esse: quam Bart. doctrinam, & distinctionem sequitur, plures allegans, Carolus Molinus in consuetud. Paris. tituli. 3. §. 24. numero 2. & 3. & Afflic. in capitul. 1. §. vestigalia numero 146. quæ sint regul. in vsu. feud. etque communiter approbata, secundum Lassatum de decim. vendit. cap. 19. numero 2. cum sequentibus. Ergo enim nostræ l. Regia 1. tituli. 17. hoc libro 9. Mando, que se pague el alcauala de todo el. precio porque vendieren, ad huius regalis decimæ computationem non erunt deducenda expensæ prædictæ, prout in terminis eiusdem l. & ex præfatis verbis ipsius recte probatur Ioannes Parladorus rer. quor. lib. 1. cap. 3. §. 7. n. 46. & sequuntur Lassat. ubi supra, n. 3. & Girondus de gabellis in pralud. n. 34. & Azueus. in dicit. l. 1. Regia n. 12. & 13. Et ita tenendum & quotidiè in praxi obseruati videmus quilibet vix id defendi posse dicat Ioannes Orosc. in l. cum quedam puellas, quor. 144. ff. de iur. iudic. omn. iud. Et licet contrarium probent ceteri, supra citati, & Antonius Gomez in 1. tom. variat. resolut. cap. 12. n. 25. quorum dicta ad terminos dictæ communis distinctionis Bartolus deducenda sunt, & iuxta eam intelligenda, tametsi in eius applicatione ad nostram legem Regiam valde errauerint, secum tamen Lassat. ubi supra n. 2.

Superest, vt videamus de secundo, nempe de promissio, hoc est, del. promissio, si de ello se aye,

Superest enim venditionis in duplici sunt differentia, quedam enim sunt ab extra ipsius contractus venditionis, vt infra portationis rei venditæ, & in proxeneticis, præconij, & tabellionibus expensium & similia, quæ etsi requirunt pro adiuuanda, & præparanda venditione, adhuc tamen non efficiunt, nec constituent ipsam contractum, aut eius pretium, quia sunt extra rem, & contractum, & de his loquitur distinctio Bartol. communiter approbata, de qua supra, vt patet: Alia vero sunt expensæ ipsum contractum efficietes, atque pernicentes, vel saltem dantes causam eidem, & pretio ipsius como el. promissio, quo emptores allicuntur ad maiorem pretium pro rebus offerendum, quam alias offerant, si eis non promitteretur, & adeo hæc impensæ coheret contractui, vt si non solueretur promissam de iure communi posset rescindi venditio, l. cum re C. de pact. inter emptor. & vendit. §. l. 58. tit. 5. partita 5. Et ideo hæc impensæ, del. promissio, a principio venditæ pretium minuit, quandoquidem apud venditorem non remanent, sed apud adicentes sub præd. promissio, modo ipsi remaneant cum rebus venditis, modo alij, & sic diuersa videtur hæc expensæ à primis: præcipue, quia hoc genus promissio, de quo loquitur ipso iure minuit pretium, ita vt reuera pretium rei venditæ hoc promissum non videatur, l. quod dicitur ff. de impensis in rebus dotalibus factis. At impensæ in rerum venditione factæ nunquam ipso iure pretium diminuunt, si non ortem, §. si centum ff. de cond. indebit. l. si eo nouerit, ff. de pignor. act. Ergo nil mirum si diuersum ius in eis statuat, hoc est, que del. promissio no se pague alcauala.

Secunda autem pars coadiuuant, si obseruemus nostiam l. titulo 17. hoc lib. 9. non imponere onus solvendæ gabellam verbis habentibus respectum ad certum, & determinatum pretium, hoc est recipiendum, vel quo res venierit, quia potius loquitur verbis respicientibus res ipsas venditas, quod autem pertinet ad pretium remanet in distinctum, inquit enim: *El alcauala de todo lo que se vendiere*, Nec obstat, quod infra sequitur, scilicet, *Dediez vno*, quia hoc non pungit, vt vnum pretium potius quam alterum infociaur, nempe receptum, vel recipiendum, aut contentum, sed potius designat quotam partem soluendam, non vero aperit, cuius pretij hæc quota sit soluenda.

Non etiam obest eadem l. 1. dum inquit: *Que los vendedores pagen el alcauala enteramente*, hoc namque eundem habet sensum, & intellectum, vt venditores integram gabellam soluant, non vero partem, hoc est, pro mediate, vt olim erat in vsu, iuxta l. 17. tit. 18. hoc lib. 9.

Tertio, pro hac eadem parte repugnat iustitia naturalis, Cum enim hoc promissum causam det contractui, & crescere faciat eius pretium in communem vtilitatem Regis, & venditoris, secundum naturam est vt quem sequuntur commoda, sequantur & incommoda, atque admonitio, l. secundum naturam, ff. de regul. iur. c. qui sentit, eodem titulo cum simil. alias enim esset melioris conditionis siscus, quam dominus rei

rei venditæ, atque inæqualitas magna daretur inter eos, & iniusta, diciturque iure censeatur vinum idemque contractus absque diversis respectibus, sine culpa venditoris, quinimo sua propria industria, diligentia fisco proficua, eidem domino noceret quo ad solutionem gabellæ respectu promissi: Cum igitur nostræ l. 1. huic iuris regula præarrata expresse non deroget, iuxta eam intelligenda, atque interpretanda est, ut careat in dubio vitio iniquitatis, argument. l. in ambigua. ff. de legibus.

Quibus fit, ut hanc opinionem in terminis nostris nempe, ut promissum deduci debeat à pretio rei, & ex residuo tantum debeat gabella, probaverit Parladorus libr. 1. rerum quotidianarum. cap. 3. §. 7. numero 47. quam etiam scio prius tenuisse, & sequutum fuisse gravissimum Iurisconsultum huius Regni vita iam functum, ut in eius priuatis scriptis probatum vidimus, & procul dubio in praxi admittam accepimus, & affirmat Azevedo sequutus Parladorus contra Lassartum in dict. l. 1. numero 154. dicens male voluisse Lassartus contrarium.

Sed quod promissum hoc deduci non debeat quo ad solutionem gabellæ, sed potius ex toto integro pretio gabella computetur, & soluenda sit, verissimum esse censet atque late probare nititur Lassarte dict. capitulo 16. numero 6. cum sequentibus, tam ex litera dicti l. primo Regiæ dum generaliter dicit, præcipit, & statuit, ut pro gabella solvatur decima totius pretii, quo res vendita fuerit, quam quod licet centum (verbi gratia) data sit emptori promissi nomine, ut mille rem emeret, nihilominus res mille vendita est, quia promissum pretium non minuit ipso iure, alia enim licitatio non fieret super promisso, nec si alius plus liciteret, primus emptor promissum acciperet, quod est falsum, & præterea necessarium esset in præconio explicari promissum datum: hoc autem non est ita; quin potius contrarium servatur in praxi: ergo prior opinio vera non est.

Præterea allegat pro se Lassart. quasi expressam l. 6. tit. 13. hoc lib. 9. ibi: *T que la dicha quarta parte de pura se enviada ser fecha costando por precio de la renta todo lo que della nos emos de aver, y saluado, y situado que aya en ellas y los prometidos que en ellas se han otorgado: que decisio non ex alio procedit secundum ipsum, quam quod promissum extra pretium rei sit, nec illud minuat, alia enim ratione datur, scilicet, ut emptores ad plus licitando inveniantur, cui l. Regiæ, tantum respondet Parladorus. illic alia ratione, promissa hæc in pretio computari, scilicet eam rationem non apparuit, & Lassart. nullam invenit nisi quam prædixit: ergo fortis est hæc lex, & expressa contra Palador opinionem.*

Neque secundum Lassart. doctrina Bart. communiter recepta secundum Parladorus. ubi supra d. n. 47. & Lassart. d. cap. 16. n. 5. & 14. quam pro se allegat Parlad. in l. quavisitas. ff. ad l. 1. Falcid. nocet quoniam potius pro hac secunda opinione facit cum ibi Bart. promissum cum dato proxenentis, & aliis impensis confert, atque coniungit: Ergo quod de impensis supra diximus iuxta eiusdem Bart. alibi communem distinctionem, de promisso quoque dicendum est. Nec etiam inquit Lassart. obstat, l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. salt. quia imo ea lex de impensis loquitur quas certum est, gabella non minuat.

9 Similiter pro Lassart. responderi poterit ad pri-

mum fundamentum, quod nos supra pro opinione Parlad. adduximus nempe de duplici defectu expensarum ab extra, scilicet, & ipsum contractum efficientium, & ut promissum nempe, promissum nihilominus rem separatam esse ab ipso contractu, est enim præmium quod dominus offert, ut plus licetur res sua, & sic quod accessorium: non tamen ideo est de substantia, & essentia contractus, qui sine promisso fieri potest, & saepe accidit, ut quis promissum licetur, & remaneat sine re vendita: est igitur causa inducitur contractus non vero essentialis ipsius, nec de eius natura, ut videre licet in casu l. 58. tit. 6. par. 5. & constat ex gloss. in l. cum te. C. de pass. inter empt. & vendit. ubi aliud est contractus venditionis, & aliud, quod causam dat contractui, & ita pro quod præcedit contractum eidem causam dante, agitur præscriptis verbis, l. apud Leonem. §. ff. de prescrip. verb. ex pacto tamen incidenti in ipso contractu iam perfecto agitur actio emptoris, l. tenetur. §. si vendidi. ff. de alio. empt. nihilominus tamen aliud est, quod in venditione incidit, aliud vero, quæ causam præbet: Fit igitur ex prædictis, ut promissum non sit de natura contractus, nec de ipsius substantia, sed dans causam eidem tanquam res allicens ad licitandum, maiusque pretium offerendum pro re venali, venditionique exposita: Ergo in pretio connumeratur.

Ad considerationem supra factam nostræ l. primo titulo 17. hoc libro nono prima opinione responderi potest, potius enim hæc secundam partem probare verbis expressis, quam priorem, cum præcipiat gabellam esse soluendam à venditoribus, *De todo el precio porque vendieren de diez años, vno sed promissum est pretium, ut in d. l. 6. titulo 13. libro 9.* Ergo Lassartus habet intentum contra Parladorum. Quibus, aliis fundamentis firma manere videtur hæc secunda sententia Lassartus cum qua ipse residet ad finem illius cap. 16. §. numero 32. quidquid (ut ipse ait) audierit à senioribus quibusdam gabellaribus, quos in hac materia saepe consuluit, nunquam se de toto pretio decimam exegisse, nec vidisse ab alio exigi, sed deducit promissum: nihilominus tamen verius esse resoluit, promissorum, & impensarum vnum, & idem ius esse, cuius veritatem praxis, non derogat, iuxta l. 1. tit. 18. hoc lib. 9.

Quod tenendum: Ergo in expensis, de quibus primo loco egimus, cas non esse deducendas ad solutionem gabellæ, prolixbenter, & hoc iure vivimus.

De promisso contrarium resolvo, & teneo cum 10 Parladoro & reliquis contra Lassardum scilicet, quod id deducitur prius à pretio rei venditæ, & de residuo tantum solvatur gabella, multum siquidem dissentit promissum à cæteri impensis: illud namque pro communi utilitate venditoris, fisci conceditur, postquam res venditioni exposita est, non sic de cæteris impensis. Vnde stante prædictio iustitia naturali, de qua fecimus vltimum fundamentum pro opinione Parladori absurdum profecto, & iniquum videtur, ut quod pro communi utilitate gestum esse patet, domino gententi vtiliter negotium etiam fici.

Præsertim quia etiam administratores reddituum Republicæ possunt alligere conductores pro do ejs, & promittendo certam quantitatem pecuniarum, vel aliarum rerum ob id, quod conductant in certa quantitate, vel in euentum alicuius conditionis,

SUMMARIUM.

- Gabella an deduci debeat de pretio rei venditæ priusquam alia debeat: & numeris sequentibus, resolutio affirmativa, etiam si debitorem sit privilegatum & hypothecarium, ut in numero 5.
- Decima executionis soluenda est, soluto prius debito integro creditoris.
- Patrimonij quantitas computanda est, deducto, eo quod explicandarum venditionum causa in proxenit, & gabellis impeditur.
- Decima fructuum Deo debet, præ fertur decima gabellæ.

QUESTIO LIII.

An de pretio rei venditæ deduci debeat prius gabella, quam alia debeat?

Quæro modo An gabella ex pretio prius solvenda sit, quam debitum ipsum pro quo res venit, quoties pretium non sufficit pro utroque; Et quod cætera priora debita sint prius soluenda, persuadere videtur regula iuris ordinaria, qui prior est tempore potior est in iure non enim lex gabellaria nocere debet prioribus creditoribus, quibus est iam ius quaesitum, cui nec in dubio Princeps non videtur derogare l. 2. §. si quis à Principe consimil. ff. de quibus in loco publico.

Secundo quoniam sic etiam ut demus, quod si debitor non habet tantum in bonis, quod possit integre solutio fieri tam debiti principalis, quam decimæ executori, prius soluendum est creditori integrum suum debitum, quam executori sua decima, ut constat ex l. 10. tit. 13. lib. 3. *None Collectiois Regiæ, ibi Halsa que el duen no de la deuda sea pagador c. 7. tit. 2. lib. 4. ibi. Salvo si endo primer amente contenido, y pagado el acre è dor de su deuda, & l. 1. §. eisdem tituli, ibi: T que esollen en si endo primeramente pagada la parte principal de su deuda y costas:* Ex quibus legibus hanc opinionem deducit, & tenet Doct. Azeved. in d. l. 10. n. 2. per totum contra Lassart. lib. 1, cap. 17. praxi. n. 10. verfic. vnum tamen, tenentem in hac specie iuxta id, quod solvitur creditoribus, debere exequutorem habere decimam, & iura eidem competentia, quia non dicitur esse in bonis creditoribus, nisi id quod super est, deductis expensis nihilominus tamen contra ipsum Auendam in hoc proculdubio tenendum est in iudicando, & consulendo, & ita quotidie prædicatur, ut inquit Azeved. ubi supra, quem sequitur Lassart. de decim. vendit. cap. 7. num. 59. Ergo ita, & eodem modo videtur dicendum, ut debitum anterius, pro quo res venit, & substatum, prius soluendum sit, quam gabella, deficientibus bonis debitoris pro integra satisfatione omnium.

Nihilominus tamen contrarium respectu gabellæ tenendum est, nempe ut prius hæc deducenda sit & ex residua pretij pecunia satisficienda creditoribus, pro qua parte sufficiat, ea nempe ratione, quod patrimonij quantitas computanda est, deducto eo, quod explicandarum venditionum causa in proxenit, & gabellis impeditur, l. quantitas, ubi glo. & DD. ff. ad l. Falcid. §. l. quod privilegium, verfic. plane ff. depositi, quod vere in hac nostra specie procedit, in qua gabella expensa

conditionis, quod valgo apud nos dicitur: *Dar pro medio: por ser como es esta en favor de la Republica, y de sus rentas, y en acrecentamiento de las, ita tenet, & probat Auen. cap. 1. in versiculo circa quod est notandum in 2. p. & Aviles cap. 3. prax. col. 1. versicul. mihi, 219. & Girondus de gabellis 9. par. 8. n. 10. & alij communiter, estque verissimum, & in praxi receptum: Ergo à fortiori id licet, & sine damno, & incommodo suo hoc idem poterit dominus rei, eam vendens facere utilitatem communem sui, & fociorum, hoc est, fisci ratione iuris gabellarum, quod habet in pretio prædictæ rei venditæ, & reliquorum habitum communi tamen in illa re. Denique si praxis hanc opinionem recepit, & ita servatur ab antiquo, ut fateretur idem Lassartus, quorsum nititur contrarium probare, grauando dominos rerum venditarum in plusquam consuetudo habet, præcipue in odiosis, & quæ non habent evidentiam in contrarium?*

Non obstat d. l. 1. tit. 18. hoc lib. 9. dum probat: *Que todos pague en, alcavalas, y que no se esculen por uso, ni consubire aunque sea immemorial, ni por otra razón alguna, &c.* quia praxis nostra iuxta priorem sententiam Parladorus non est derogatoria gabellæ, sed potius interpretatiua iuris gabellarum, hoc est, ut promissa in pretio non computentur, nec habeantur pro pretio, siquidem ipsa minuant re vera pretium, & pro communi negotio venditorum, & fisci promittuntur atque solvantur: at dispositio dict. l. primo titulo 18. ut saepe in hac materia admonimus, loquitur, & procedit in consuetudine derogatoria gabellæ, non vero in consuetudine, de qua nos agimus.

Similiter non obstat dict. l. 6. titulo 13. hoc libro nono quam expressam pro sua opinione reputat Lassart. quia ipsa, ut patet ex eius litera, loquitur tantum quoad materiam, de las penas del quarto en las rentas de las alcavalas, para que el que huuiere de pagar en el termino de los tres meses que la misma le y dize, aya de ofrecer, cotando pro precio de la renta lo que el Rey ha de auer de el, y saluando, y situado que aya en ella, y los prometidos, y que de otra manera no se ha de poder, admittit la dicha uia del quarto: Præscribit igitur formam ea lex obseruandam in licitatione del quarto, non vero disponit, quod ad solutionem gabellæ soluenda, non deducatur promissum, neque ob id, quod ibi pro pretio habeantur promissa quo ad licitationem quarti faciendam, decidit lex, nec decidere visa fuit, quod ex promissis quoque solvatur gabella, quia hoc verbum nullum in ea lege, nec in alia habetur: illud vero, quod decidit illa lex, quod ad licitationem quarti notissimum est, & clarum: porque la penas clarum: porque las penas claro es que han de ser sobre el prometido, & nihilominus necessarium fuit hoc ibi declarare legis lato-rum, cum præscriberet formam omnino seruandam in licitatione del quarto, ad evitandas lites, & hominum vanas contentiones: Ad hoc igitur, ut licitatio fiat, verum est promissa in pretio computari quamuis re vera pretium non sit, quod remanere debeat penes venditorem, quin potius pretium dimittunt.

expensa debetur ratione rei, & propter rem, ex qua debiti solutio fit, vt ex pretio venditionis solutio debetur. Merito ergo, vt expensa facta in venditione veluti gabella, expensum in proxenetis, & praeonit prius soluantur, quam creditori satisfiat, quod his soluitur, superest dicitur esse in bonis debitoris: At secus est in decima executionis ita decimam extor. Il. Regijs. Et in terminis hanc secundam sententiam respectu gabellæ, vt prius sit soluenda, quam debitum ipsum principale, pro quo res ipsa venit, etiam si eius pretium omnibus non sufficiat, tenet Azuced. vbi supr. min. 2. ad finem cuius opinionem late aliis fundamentis comprobatur, & tenet Lassar. vbi supr. num. 59. cum sequentibus. Id verum esse intellegens, quantumque privilegium, & hypothecarium sit debitum illud, pro cuius solutione facta executio est, etiam si fiscale sit, quia adhuc prius est soluenda decima, quam priori creditori, si censu satisfiat ex principali debito, & refert casum, in quo contingentia consulens idem respondit pro gabellario membri rerum mobilium venditarum pro executione solutionis alterius gabellæ membri hereditatem prius debetæ, atque contractæ, & pretium mobilium non sufficiebat utique decimis gabellarum, nempe ex hac iudiciali venditione gabellarum rerum mobilium pro sua decima esse preferendum in distributione pretij, & Lassate in hoc sequitur simpliciter

6 Girond. de gabellis 4. parte §. 1. n. 7. vbi n. 8. cum sequentibus. bene probat Ioannes Garfus de expens. & meliore. 1. numero 18. quem refert quod decima fructuum Deo debita præfertur decimæ gabellæ.

Non obstant fundamenta pro priori parte adducta quia ex supradictis pro secunda diluuntur.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur statim ex constitutione census consignatiui de quo in extrau. 1. & 2. de empt. & vendit. & motus proprii Pij P. super forma creandis census & num. seqq. resoluatur affirmatiue.
2 Retractus sanguinis locum non habet, quando census venditur, vel imponitur super re patrimoniali, idem in retractu communionis, vt hic.
4 Emptio vera, & venditio contrahitur ex census constitutione, & impositione iuris percipiendi redditus, vel fructus rei, vel rebus census suppositis, vsque ad quantitatem census quotannis soluendi.
5 L. 10. & 11. tit. 17. lib. 9. Collect. Reg. declaratio.
6 Impensa instrumenti obligationis ei incumbit, qui se obligauit.
7 Gabella debetur statim ex venditione census iam constituti ab antiquo, & est soluenda in loco, vbi bona primitus census supposita sita fuerint, sicut quando à principio constituitur, vt in n. 8.
9 Census consignatus si pro re alia detur, erit permutatio, duplexque gabella ex ea debetur.
10 Gabella non debetur ex redemptione census à principio ex pacto redimibili, nisi clausula redi-

mendi esset apposta in nouo contractu, ex eoque redimeretur, vt in num. 11. vel nisi redemptio fieret in aliis rebus, quam in pecunia numerata, vt in n. 12. limitatur hoc, n. 13. cum seqq.

- 14 Gabella an debeatur ex cessione, vel datione fundi specialiter census suppositi pro ipso redimendo, facta ipsi creditori, & domino census, vel extraneo, & numeris sequentibus, refert opinio Lassar. in hoc n. 15. resoluatur num. 19. cum seqq. & ampliatur n. 29.
16 Censu constituto super tribus fundis, si postea vnus eorum vendatur cum onere totius census, sicut vt ceteri liberi remaneant, & insuper certo pretio in pecunia numerata soluendo, de quo sit soluenda gabella? & n. seqq.
17 Soluens pensione imposita in suo fundo, & aliis ab aliis possessis, repetere potest à ceteris dominis partes eos tangentes.
18 Quando plures res vno pretio simul venduntur illud pro singulis distribuitur iuxta suam vniuscuiusque valorem.
21 Quilibet singularis successor, vel possessor vnus fundi ex pluribus super quibus est census constituitur, potest in solidum conueniri.
24 Rem census subiectam habens, tantum videtur habere, quantum ultra censum res ipsa valet.
25 Laudemium totius valoris rei infeudate, legatæ, censuata non debetur, sed deducto onere census.
26 Gabella totius pretij fundi hypothecati profecuritate census personalis debetur.
27 Gabella debetur totius predy venditi pro pretio quodam certo soluendo in pecunia numerata, & pro alio soluendo creditoribus vendentis, vide etiam n. 30. cum seqq.
28 Possidentes censum collectantur pro eo, & tanto minus soluit dominus proprietatis.
32 Gabella an debeatur ex datione honorum cum pacto, vt ea recipiens alimenta præset danti, eiusque debita soluat? & n. seqq.
34 Gabella an debeatur ex toto pretio rei censuata, vendita tamen pro libera, non facta mentione census? & n. seqq.

Q V A E S T I O L I V.

An ex constitutione census debeatur statim gabella?

Q V A E R O. ¶ vltimus: An ex constitutione, & impositione census consignatiui redimibilis, vel perpetui, hoc est, qui in re propria consignari, & constitui solet pecuniario pretio in fauorem emptoris, de quo loquitur extrauagans 1. & 2. de empt. & vendit. & motus proprii Pij P. super forma creand. cens. debeatur statim gabella?

Videtur prima facie dicendum, gabellam statim non deberi, quia hæc non est propretio venditio, cum res ipsa, super qua census constituitur, apud ipsum census venditorem in plena proprietate remaneat: is enim est, qui re illa vitur, & fruitur, cuique vacuam, & liberam possessionem habentem pro autem minime, sed redditum pecuniarium duntaxat percipit: at res vendita transit, vel transire debet ad emptorem, vt in toto tit. ff. de cens. v. empt. & de all. empt. & insit. in vi. de empt. & vend. Ergo ex constitutione, & venditione præd census, vera, & propria venditio non celebrata

celebratur, sed l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. noua collectionis Regia, loquitur, & procedit in vera, & propria venditione non vero in in propria, & irregulari. Ergo ex venditione census non debetur gabella.

2 Quo fit, vt retractus sanguinis locum non habeat, quando census venditur, seu imponitur super re patrimoniali, quia res illa non exit à potestate venditoris per constitutionem census, sed apud ipsum manet, vt bene resoluat D. Coar. lib. 3. var. resol. c. 11. n. 5. vers. si profecto, & D. Castel. in l. 70. Tur. in gl. mag. col. 4. in vers. ex quo vnus singulari in se, ubi si enim illa impositio census, & Martienc. in l. 7. gl. 1. n. 17. tit. 1. lib. 5. non. Collect. Reg. & Lassar. de decim. vend. c. 10. n. 21. vbi idem resoluat in retractu communionis, nempe, vt habens censum super fundo non dicatur locus ad hoc, vt cum venditus fuerit ille fundus retrahere eum possit ratione communionis, ex Auen. respons. 1. 2. & 23. id quod latius probauimus lib. 2. Pract. q. 166. per totam.

3 Nihilominus tamen proculdubio in nostra specie gabellæ contrarium probandum est: imo, quod ex constitutione, & venditione huius census consignatiui super rebus, quæ penes ipsum venditorem remaneant, statim debeatur gabella, redemptione ipsius census minime expectata. 4 Erit in praxi obseruatur ea solida ratio, quod ex hac census constitutione vera emptio, & venditio contrahitur, vt patet ex text. in auth. vbi qui obligat, & c. §. quoniam, vers. licebit, iuxta gl. ibi, verbo redditus in 2. expositione, & ex extrauagans 1. & 2. de emptione & vend. quicquid Villalob. in suo aratio communi. opin. littera L. n. 132. hoc locatione tribuat, est namque vera venditio, vt resoluat Greg. Lopez in l. 28. tit. 8. par. 5. in gloss. A census, & late Domin. Conarlib. 3. variarum resol. c. 7. n. 2. estque hoc indubitabile apud omnes secundum Lassar. d. c. 10. n. 4. Venditur enim non quidem ipsa res census supposita, nec dominium eius vilo modo in emptorem transfertur, sed ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus eius vsque ad quantitatem census quotannis soluendi, vt late cum aliis resoluimus lib. 2. practiarum. q. 168. n. 6. idemque tenet, nos citans, & addens, quod hoc DD. communiter affirmat Moli. Theolog. in 2. tom. de iust. & iur. disp. 383. col. 837. in fin. & in princip. col. seq. & col. 844. in vers. ex dictis. quod ius percipiendi annuum pensionem pretio vendi, & emi potest, sicut iurisdictionis, ius percipiendi tributum, aut fructus rei alienæ, vt probat Carol. Moli. de iur. n. 20. quem refert, & sequitur Lassar. d. c. 10. n. 4. At iuxta præfatam l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ex quacunque venditione debetur gabella: Nec enim ea lex requirit quod res vendita transeat ad emptorem, præsertim cum etiam si id desideraret, adhuc in nostra specie verificatur, siquidem ius illud percipiendi redditus fructusque, transit ad emptorem census.

5 Secundo eadem verissima sententia comprobari potest, ex l. 10. tit. 17. hoc lib. 9. in vers. ¶ que los dichos, ubi, Empennamientos, vbi præcipitur tabellionibus, vt pignorantium copiam edant gabellaris, quasi ex eis gabella soluenda sit: nam profecto, nisi de hac census constitutione, & reali pignoratione intelligeretur, lex illa iuxta ea, quæ ex sententia Speculatoris notat Auen. respons. 23. n. 3. dicens, quod impositio census potius est quædam pignoratio, seu obligatio pro securitate pensionis, quam alienatio domini, non videtur aperte intelligi posse: nisi verus

illam intelligas, ideo ibi iuberi tabellionibus, vt omnium illorum contractuum copiam edant gabellaris, non quia ex omnibus gabella debeatur, sed, quia in omnibus potest esse aliqua, vel occulta venditio, seu permutatio sub alterius contractus titulo, & nomine celebrata in fraudem gabellæ, vt alias cauetur in l. 1. d. tit. 17. atque ideo nedum eorum contractuum, ex quibus plane gabella debetur, nempe venditionis, & permutationis, sed generaliter omnium alienationum copiam dare iussit tabelliones in d. l. 10. ibi: Ennegamientos. Ex quo non ideo arguere licebit, ex quacunque alienatione gabellam deberi, cum tamen ex venditionibus, & permutationibus eisdem legibus gabellaris alias soluendam esse præcipiatur, ita d. l. 10. recte intelligit Lassar. d. c. 10. n. 5.

Cum ergo census constitutio sit vera venditio, vt probauimus, & ex titulis impositionis censuum euidenter apparet, in quibus venditionis sit mentio, ne aliquibus verbis fraudulenter immixtis hoc occultetur: ideo iubetur in d. l. 10. tabellionibus, vt omnium alienationum, & pignorationum copiam gabellaris edant.

Et in terminis nostræ quæstionis hanc opinionem, nempe, vt ex census, de quo loquitur, constitutione debeatur, & sit soluenda statim gabella, tenet & probat Lassar. in tractatu de usur. q. 6. n. 129. vers. pulchre autem, & Ioan. Parlad. rerum quædam lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 38. & §. 8. n. 49. estque frequentiori omnium vsu receptam secundum Auen. respons. 23. n. 1. & ita practicari affirmat Didac. Perez in rubric. tit. 2. lib. 8. Ordina. pag. 33. col. 2. vers. sed quero an debeatur gabella: sequitur Lassar. d. cap. 10. n. 5. cum seq. Girond. de gabellis, cap. fin. n. 1. tenet etiam Molin. Theolog. 2. tom. de iust. & iur. disp. 384. col. 847. & Gaspar. Rodrig. de annuis reddit. lib. 2. q. 4. n. 6. estque verissimum atque in praxi receptissimum procul omni dubio, vt semper obseruari vidimus, nempe, vt qui pecuniam in censum recipit gabellam soluat, insuper, & expensam instrumentis: quia de iure talis impenfa proprie illius est, qui se obligat, vt constat ex resolutis per Tiraq. de retract. conuenion. §. 6. gloss. 2. n. 24. Montalu. in l. 5. tit. 8. in gloss. Reciba, lib. 1. vers. & in terminis census, Licentius Pizarro in gloss. ordinationis Guadalupe in 4. condicione. fol. 25. col. 1. in vers. 4. quibus ibi in expensis, & gabellis, & inferius col. 4. in fine, ubi deducta gabella, & expensis, quem refert, & sequitur Lassar. vbi supra n. 7.

Quibus non obstant ex aduerso prius adducta quia iam cessant ex fundamentis huius secundæ partis.

Idem à fortiori dicendum est in venditione, seu cessione census iam constituti pro pecunia celebrata, ex ea namque gabella debetur, quia propria, & realis venditio contrahitur, vt in terminis probat Didac. Perez vbi supra, pag. 34. in vers. queritur tamen, dicens, quod ita se posse vidit in practica indicatum, & ipse indicauit in fauorem gabellaris, quem refert, & sequitur Lassar. vbi supra, num. 8. dicens, esse soluendam in loco, vbi bona primitus census supposita sita fuerint, sicut quando à principio

constituitur, idem probat Molin. *vbi supra*, col. 847. ad finem.

- 9 Quod si census ipse semel constitutus pro alia redditor, parat, domo, vel tridico, &c. vera permutatio erit, duplexque decima debebitur iuxta dispositionem *l. 2. hoc titul. 17. lib. 9. noua collectio*. Reg. vt bene resoluit Lassar. *d. cap. 10. num. 9.* & Molin. *vbi supra, col. 848. in principio.*
- 10 Ex redemptione tamen ipse census ex pacto principio in ipso contractu census apposito redimibili, noua gabella non debetur: illa namque solutio sortis distractus est potius, quam nouus contractus, vt late probat D. Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 8.* ergo non debetur ex hoc distractu noua, nec altera gabella, vt in terminis tenet Didac. Perez. *vbi supra*, pag. 34. *col. 1.* & Monte Ros. *vbi supra*, fol. 13. *pag. 2.* & Mencha. *lib. 1. controuer. vers. i. sequent. cap. 1. nu. 16.* quos refert, & sequitur Lassar. *d. c. 10. numero. 10.* & Galpar. Rodrig. *de annis reddit. lib. 2. g. 4. numer. 9.* nisi clausula redimendi esset apposta in nouo contractu. tunc namque si ex noua conuentione redimeretur census, cum sit nouus contractus, ex eo gabella debebitur, secundum Didac. Perez, & Lassar. *vbi supra*, numero 11. vtrumque sequitur Molin. *vbi supra*, *col. 843. in vers. si autem census.*
- 11 Similiter, & illa debebitur, etiamsi census à principio redimibilis sit, si redemptio fiat non in pecunia numerata, vt contentum fuit à principio quod fietur, sed alia re de communi consensu partium, veluti fundo dato: tunc namque cum verus, & nouus contractus esse intelligatur, nempe reuentionis census, aut permutacionis pro illo fundo, vel dacionis in solutum, non dubium est ex tali census redemptione nouam decimam deberi, iuxta resoluta per Lassar. *d. cap. 10. numero. 12.* *vbi adit*, se ite semel in praxi obseruatum vidisse. Ceterum hoc ibi *numero. 13.* verum intelligit, quando fundus ille in redemptionem datus non esset ex bonis specialiter d. censui suppositis, & eodem obligatis, sequitur Molin. *vbi supra.*
- 12 Quod si fundus ille esset ex suppositis, & eidem censui obligatis (intellige specialiter) secus erit dicendum secundum ipsum Lassar. *vbi supra, numero. 13.* quia licet aliter in hac specie redemptio fiat quam ab initio conuenit, à huc tamen in ea nullus est venditionis, aut permutacionis contractus, sed simplex quedam cessio rei hypothecate, censuique suppositæ in fauorem censuarij celebrata, per quam cetera bona, quæ simul obligata fuerunt, libera manent, & quod procedit secundum ipsum, nedum eo casu, quo res ista obligata vero domino census in redemptionem datur, sed etiam si alicui extraneo data sit hac l. vt ipse solus totum eum censum recognoscat, & soluat, & immunes indennemque obseruet dante ab obligatione cæterorum bonorum, quæ apud ipsum præd. censui obligata manent, quia cum vere ex eo pacto, & cessione nihil amplius agnoscat, vel maius onus in se recipiat, quam quod vere à re ipsa debetur, nihil pro re illa dare dici potest, quo minus simplex cessio sit: cuius quidem in hoc iudicium procedere videtur, attendo, quod fundus ipse, qui datur pro redemptione census, siue emtori, siue alteri extraneo erat prius census suppositus, nihilque vltra pretium ipsius census datur pro fundo.
- 13 Ipsius census datur pro fundo.
- Hæc tamen doctrina, & opinio Lassarte,

de qua modo agimus in versiculo, quod si fundus ille, non videtur expedita, nec opinio certa, cum hæc redemptio, eiusque forma nouitate quantand præ se ferant, & differentiam à pacto redimendi eodem pretio in pecunia numerata in contractu censuali apposito, & ideo noua venditio fundi in proprietate, & redditus, hoc est, cum fructibus fieri videtur, cum tamen prius per census constitutionem, & venditionem super ipsis fundis, non quidem fundi ipsi, nec dominium ipsorum venditū fuerant, sed tantum us percipiendi censum annum ex redditibus, & fructibus eorum vt supra resoluiamus: Quare dare vnum fundum pro redemptione totius census ex pacto, vt ceteri fundi, similiter obligati, liberi remaneant, iam ille fundus pro redemptione datus pro omnibus soluit, hoc est, onus omnium subit, si que venditio eius fieri intelligitur pro pretio, & capitali census imposito super omnibus fundis: Ergo aliter fit redemptio quam à principio pacto conuenit, & ideo forsan Molin. *vbi supra, col. 849. in principio*, de opinione præd. Lassarte dubitavit, & potius contra ipsum perpendit. Et hoc opinione contra Lassarte, reuentionis, gabella in hac specie tantum soluitur pro rata tangente cæteros fundos liberos remanentes apud venditorem census, præter illum, qui pro redemptione datur, quia pretio illius redemptio omnium fiat, ex quo pretio iam principio fuit soluta gabella census.

Sed pro vera resolutione huius articuli præmittenda est decisio alterius, ex qua apparebit, quod in vitroque tenendum sit, nempe, an census redimibili certe cuiusdam quantitatibus quotannis soluenda super tribus fundis constituto, si postea, vnus eorum vendatur cum onere totius census in posterum soluendi, ita vt reliqui duo fundi liberi ab eo onere remaneant, & insuper certo pretio in pecunia numerata debitori soluendo pro fundo illo à se vendito, vtrum ex quantitate census, & pretio præd. in pecunia soluendo debeatur gabella: vel tantum ex præd. pretio in pecunia soluendo, non vero ex sorte principalis census, Si enim hoc vltimum resoluerimus, & in præcedenti specie huc remissa necessario fatendum erit, nullam gabellam soluendam esse, siquidem nullo pretio vltra sortem principalem census soluitur domino fundi venditi cum onere recognoscendi, & soluendi totum censum: Sin autem in hac, de qua nunc agimus, questione, dixerimus ex quantitate totius census insuper, & ex pretio in pecunia numerata soluendo vltra liberationem aliorum fundorum remanentium apud venditorem soluendam esse gabellam, similiter erit dicendum in questione præmissa, illam, scilicet deberi ex partibus capitalis census tangentibus prorata cæteros fundos à censu liberandos Ad rem igitur deueniendo in hac vltima, de qua nunc agimus, questione, prima facie videtur dicendum, gabellam vtrinque deberi, tam ex sorte principali census, quam etiam de pretio in pecunia soluendo. Pro cuius cognitione, & facilliori probatione obseruandum est, quod licet respectu creditoris census, præd. tres fundi sint obligati in solidum, iuxta gloss. in *l. communis dividendo, ff. commun. diuid. nihilominus tamen ipsi fundi, si sorte successione, vel alia causa ad diuersos possessores peruenerint, inter se habent diuisionem, ita vt si dominus vnus fundi insol. dum pensionem solueret, repetere possit à cæteris dominis partes vniuique eorum*

tangentes. *l. 1. C. de duobus reis, glossa magna in l. frater à fratre, verb. consequuntur ff. de condit. indebit. & notatur in l. qui hominem ff. de condit. indebit.* quoad recursum namque, quem inter se correi habent, obligatio esse diuisibilis iuxta notata in *l. actorum, C. de pass.*

18 Sicut enim, quando plures res vno pretio simul venduntur, vbi de distributione huius pretij vniuique rei assignandi agendum est, tantum censetur esse pretium singularum, quantum eas tangit iuxta luum vnus cuiusque rei valorem, secundum Paul. de Cast. *in l. fin. quod ex Pamphila, n. 1. ff. de legatis secundo, & gloss. fin. in l. si ex falsis. C. de transact. ita etiam vnica quantitas vi pensionis imposita super pluribus fundis, cum de distributione & diuisione agendum est, nempe ad solutionem gabellæ, vt quia sunt constituti fundi in diuersis territoriis, vnaquæque res iuxta suam valorem estimanda est, vt pro rata eius oneris distributione fiat.*

19 Nunc ad rem. Cum igitur pars census ad hunc venditorem pertinens soluenda pro rata, & portione reliquorum duorum fundorum sibi remanentium emptori adiciatur, ipseque cam in se suscipiat ex præd. pacto, ita quod in posterum emptor integrum censum solvere debeat, remanentibus liberis ab eius solutione omnimoda, duobus fundis manentibus penes venditorem apparet, pactum hoc esse partem pretij, vt in *l. fundi partem ff. de contraben. emption. ac ideo gabellam ex eo deberi: igitur ex præd. vt ex parte census tangenti fundum venditum iuxta suum valorem distributione totius census facta in ipsos tres fundos, super quibus census fuit impositus, gabella non debeat, quando minus ille fundus venit, vt infra resoluiemus, sed debebitur ex cæteris partibus census correspondentibus reliquis duobus fundis penes venditorem remanentibus iuxta suum valorem, distributione facta, & ex pretio in pecunia soluendo, verbis gratia: Si vno que tenia tres heredes impiso sobre ellas diez mil maravedis de censo al quitara razon de a cada vno nil maravedis el millar, y pago su alcuala: y despues vende vna destas tres heredes a otro con cargo, y condicion que el comprador pague los diez mil maravedis de censo por todas las tres heredes: y mas de, y pague al vendedor por precio desta heredad quarenta mil maravedis en dinero para saber de que cantidad se deuera el alcuala deste contrato: se han de assar, y estimar todas tres heredes cada vna dellas de por si, y valiendo todas tres ciento y sesenta mil maravedis, y de ellos valia la heredad vendida ochenta mil maravedis, se cobra de la pension, y censo la mitad, que es cinco mil maravedis cada año, de los cuales no se deuera alcuala: mas de los cinco mil maravedis que caben a las otras dos heredes que valen ochenta mil maravedis, se pagara el alcuala, y del precio de los quatro mil maravedis que se da de mas en dinero al vendedor, y a esto respecto se tenia la misma cuenta en otros casos semejantes vna por cantidad: Hæc sententia in summa fuit Carol. Molin. licet non ita appareat in consuetud. Paris. tit. 2. §. 58. numero 12. paragrapho 55. gloss. 4. n. 39. Verum scio cam ita expedite defendisse quendam Hispanum Iuriconsultum subtilis aduersum ingenij, & est contra opinionem Lassarte. *vbi supra.**

Verum tunc cum hæc questio consulta fuisset à 20 prioribus Iuriconsultis practicis Prætorij Regalis Granatenfis, & inter te varij essent maior pars eorum tenuit contrarium, nempe in præmissa specie nullam deberi gabellam ex pretio totius census, sed tantum ex pretio in pecunia numerata soluendo, quam sententiam, vt vetorem sequendam esse in praxi censere aduersus priorem modo fundatam, quia reuera vniciue fundo ex præd. tribus censetur onus soluendi censum in solidum iniunctum, & ideo quilibet singularis possessor vnus fundi ex pluribus super quibus census est constitutus potest insoludum conueniri, vt late cum alijs probauimus *consil. 49. per totum*, & hunc probat nouissime Mol. *Theolog. in 2. tom. de iust. & iur. dist. 383. col. 843. vers. constat*: Ergo, cum census insoludum censetur venditus super quolibet fundo, & ideo super pluribus fuit constitutus, vt secutus esset exactio nihil noui ex præd. pacto venditur, nisi, quod in pecunia numerata superadditur, nec pars pretij esse censetur id pactum, sed quod erat singulis fundis impositum, vt secutus esset exactio recomitur in fundo vendito, pro revera inerat: vnde nihil interest, quod redemptio fiat aliter quam in pacto censuali continetur, siquidem sit pretio eiusdem fundi insoludum obligati, & ex æquivalentibus idem est indicium, vt late iustus probat Euerard. in *sua Centur. legal. cap. 55.* Et in terminis vltra præd. irresponsos, quorum iudicium in scriptis non habemus, ita tenet, & late probat Lassar. *d. cap. 10. n. 19. in verso. adeo, vt quoniam*: Nec distributio, quam in singulos fundos faciendam esse prædicimus, iuxta eorum valorem, quicquam huic nostre veteri sententiae in proposito nocet: ea enim locum habet in sensum, quem prædicimus, nempe, quando plures fundi, super quibus census est impositus, sunt in diuersis territoriis, ad sciendum, quid quantumve nomine gabellæ soluendum sit gabellario cuiuslibet territorij. At vero in nostro præsentis casu hæc distributio non est necessaria, cum totius census onus cum fundo censetur insoludum constitutum, impositum, & venditum, atque ob id possessor cuiuslibet fundi possit insoludum pro toto censu conueniri: Ergo pacto hoc ipsam effici potest, ita vt reliqui fundi libera maneat ab eo censu.

Ex qua resolutione iam patet, idem esse dicendum respectu in priori specie, de qua supra cum eodem Lassar. *d. cap. 10. numero. 11.* quæ est eadem, ac præcedens, excepto quod nullum aliud pretium datum fuit pro redemptione census super pluribus fundis constituti domino censu, quam vnus ex eisdem cum præd. pacto, quod ceteri fundi liberi remaneant penes venditorem, vel quod emptor solus, si extraneus sit totum eum censum recognoscat, & soluat indennemque obseruet venditorem ab obligatione cæterorum bonorum, quæ apud ipsum præd. censui obligata manent, nempe, vt nulla gabella debeat in hac specie per supradicta, quicquid Lassartem, re tamen non excusat, mordere velit Molina *vbi supra*, in suprad. sua opinione.

Deducitur etiam ex supradictis, quod re vendita (verbi gratia) mille aureis, quorum quingenti solutio fieri debet, aliorum vero censum emtor agnoscat, cui alias res illa vendita erat ipsa ter obligata, & supposita, gabella tantum debebitur, & soluenda erit ex pretio nullo soluto, non

vero ex quantitate, & principali valore census, cui ipsa res specialiter supposita erat: Illud namque onus tam semel est apud emptorem primum, & in eo tenet et res vendita pro parte tributi de quo iam facta soluta g. bella, & sic revera nunc non venditur per tributum, sed solutionis onus transfertur in emptorem: que sententia eo confirmari fundamento, quod rem censui subiectam habens, tantum videtur habere, quantum ultra censum res ipsa valet iuxta text in *l. si fide commissum, s. tractatum ff. de iudiciis, l. generali capite. §. in fine ff. de usufructu. leg. provt in simili questione feudalis materia resoluta Ludovic. Peguera de feud. versic. i. limitatione 21. n. 182. quod si legatur res feudalitatis, quæ esset censuata, non debetur laudemium valoris totius rei, sed deducto onere censui. Et inquit Tirac. de retractu lignag. §. 6. gloss. i. n. 8. quod si vendatur res feudalitatis parvo pretio solvendo venditori, ut quia erat censuata, & emptor recepit eam cum suo onere, laudemium debetur ex solo illo pretio recepto dumtaxat, non vero ex toto valore. quo affirmata est res, quos refert, & sequitur Lassart. de decim. vendit. cap. 1. c. n. m. 18. & Molin. Theolog. 2. tom. 2. de iustis. & inr. disputatione 384. column. 849. versic. dum est. quod ubi cum eodem Lassart. addit, quod si census esset personalis, prædiumque suppositum esset speciali hypotheca in securitatem illius census, tunc si prædium illud trecentis aureis venderetur, deberetur gabella ex toto eo pretio, & in super, & quod si quis vendat pretium mille aureis, quingentis sibi solvendis, & aliis quingentis solvendis creditoribus suis ex vitulis gabella deberetur.*

28 Sic etiam habemus in iure, quod licet possidentes census etiam redimibilem possint collectari, tanquam res immobilis possidentes, sicut & usufructuarii, ut in *l. quæro, ff. de usufructu. leg. at. ann. quantum soluit dominus census, tanto minus soluit dominus proprietatis, ut probat Aucdan. respons. 23. numero 2. & Roland. à Valle consil. 66. n. 3. & 34. vol. 1. Ergo ita in questione proposita gabella solvenda erit illius pretij dumtaxat, quod ad venditorem perventurum est, non inspecto pretio census, qui etiam iniuris contrahentibus transire debet cum re, eo quod ipsi rei censuati in hærebant, *l. i. c. sine censu, vel relig. & soluta sit iam gabella ex eo censu, quando principio fuit constitutus, & in terminis ita tenet Didac. Perez in rubric. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 35. col. 2. in versic. dubitatur ubi, quod ita fuit iudicatum Salmanticæ, & voluit Palador. lib. 1. rerum quotid. c. 3. §. fin. n. 3. ubi, nec illud interim omitiam, & probat late Lassart. d. c. 10. n. 16. cum pluribus seqq.**

29 Hæc plane procedunt, quando res censuali venditur cum suo onere census, & præterea alio quo etiam pretio in pecunia solvendo: quod præterea ubi pretium census simul cum alio pretio pecuniario iungitur, & utrumque vnum efficitur, & commutatur, ita ut res mille aureis vendatur, cum tamen pars eius tantum solvenda est in pecunia numerata, & reliqua pars ad complementum mille aureorum pretij continetur, quod in censu sumatur, ut in themate questionis præmissæ forsan aliquibus casibus contrarium in praxi videbitur dicendum: Ego vero minus existimo, adhuc in hac specie idem probandum, nempe, ut tantum gabella solvatur de parte pretij in pecunia solvendi: quoniam re vera est hæc, quæ inter contrahentes de solutione, &

declaratione pretij acta sunt, manifeste appareret, in solis quingentis aureis in pecunia numerata solvendis venditori totam venditionem consistere: Nihilque re ipsa refert, quod rem vendam quingentis aureis cum declaratione, quod aliorum quingentorum res ipsa censu affecta sit, & cum eo onere re eam vendo, vel quod eam vendam mille aureis, ita ut quingenti mihi solvantur, & aliorum quingentorum censum agnoscat emptor, quo res ipsa ab antiquo erat onerata: Idem enim effectus est in utroque casu, quamvis verba differant, præcipue cum in hac materia gabellarum tam pro venditore, quam contra eum veritas potius inspicienda sit, quam verba, iuxta doctrinam Bald. in *l. prima, n. 2. C. si seru. extero se emi manda. & cum eo resolvit Lassart. cap. 7. n. m. fin. Ita in terminis tenet, & probat Lassart. d. cap. 10. n. m. 19. cum sequentibus, dicens, quod ipse fenele in præd. resolutionem iudicavit, & fuit confirmata sua sententia.*

Nec supradictis obest doctrina Ioan. Fabri in §. pretium autem, n. 1. in fit. de empt. & vendit. ubi tenet, quod si rem meam vendo modico pretio, ita ut emptor satisfaciat meis creditoribus, quibus res erat obligata, hoc etiam censetur de pretio: Ergo, & gabella debetur ex hoc pretio, si debita solvenda sunt certa, & specificata: Non inquam obest hæc doctrina, quia loquitur, & procedit, quando ego decem aureos, vel aliam quantitatem ex personali mea obligatione deberem, sine res vendita hypothecata esset pro illo debito, siue non, quo casu merito, ut de illis decem sic debitis laudemium, & gabella debeatur, ut prædictimus, quia illis quoque decem, ultra reliquos mihi solvendos vendita res esse intelligatur, ex *l. mortis causa, §. fin. ff. de donat. caus. mort. & hic non est casus noster: Secus autem est, quando ego decem illos aureos, vel aliam expressam summam ratione rei debite deberem, hoc est, quando prius esset vendita eo pretio pars eisdem rei, ut contingit in censu imposito eidem rei: tunc namque cum ex eo pacto nihil mihi acquiritur, sed quod alias, nullo etiam pacto interveniente; de iure erat faciendum, expressum sit, nempe agnitio onerum realium, atque ideo cesset ratio acquisitionis, de qua in *l. mortis causa* consequitur, ut pactum illud pars pretij non sit, neque ex eo laudemium, aut gabella augetur, cum potius rem ipsam venditam eiusque valorem minuit, ita Lass. d. c. 10. n. 22.*

Similiter etiam si ita rem venderim, ut creditoribus meis satisfacias, satisfactio illa non erit de pretio, quia non est quid certum, & ideo ex ea non debebuntur vena, vel laudemia domino, §. pretium, in fit. de empt. & vend. facili hæreditatem, ff. de donat. per quæ iura ita tenet Ioan. Faber in §. stem pretium, n. 3. in fit. de empt. & ven. licet *l. illa, hæreditatem, non multum ad hoc atideat Tirac. de retractu lignag. §. 1. n. 14. n. 14. Ergo gabella in hac specie solvitur ex sola pecunia data, vel promissa venditori, non autem ex estimatione pacti, quia cum circa rem venditam sit pars pretij, secundum Lass. d. c. 10. n. 24.*

Nihilominus tamen in hac specie secundum ipsum ibidem n. 32. licet gabella non debeatur ex præd. pacto ut ex venditione, debebitur ut ex contractu innominato do ut des, & sic ut per mutationem duplex gabella debebitur in omnium euentum.

Quod

Quod si debita solvenda creditoribus venditoris ex præd. pacto sunt certa, & specificata, proculdubio debebitur simplex gabella ex venditione præd. iuxta doctrinam eiusdem Fabri in d. §. pretium, n. 1. de qua supra egimus, n. 20.

32 Hinc intelligenda venit decisio quædam Cappell. Tholo. 278. quæ habet, quod si aliquis det omnia bona sua cum pacto, quod donatarius aliat donantem, & solvat eius debita, ex tali conventionione debetur laudemium, seu quinquagesima, quia non est mera donatio: nam quo ad pactum de solvendis debitis incertis, iam resolvimus, gabellam duplicem deberi, ut ex contractu innominato permutationis, si vero debita solvenda sunt certa, liquida, & specificata, simplex gabella ut ex venditione debeatur, secundum Lass. d. cap. 10. n. 33. cum seqq.

Quod autem atinet ad alteram partem pacti de alimentis præstandis, gabellam ex eo pacto deberi probat Doct. Castill. in *l. 69. Tau. in gl. Donacion. in additione in versic. sed dato*, quod valet, quia est contractus innominatus do ut des: contrarium tamen verum est, attetis nostris Il. Regis, iuxta quas ex contractibus emtionis, v. ditionis & permutationis debetur, & solvenda est gabella At hic contractus, de quo agimus, non est huiusmodi, nec innominatus do ut des, in quo vna res pro alia datur, ut in *l. 1. & ibi Greg. Lopes. n. 8. par. 5. Et in specie præmissa alimentorum ita videor dare, ut ex bonis meis, quæ tibi dono alimenta mihi exhibeas, si que tota conventio circa bona mea & operam tuam versatur. Et ita merito hanc opinionem, ut ex præd. conventionione gabella non debeatur contra Castell. probarunt Parlad. ubi supra, d. c. 3. §. 2. ad finem, n. 32. & Lass. d. c. 10. n. 4. cum seqq. Vbi sub n. 36. hoc limitat, quando aliquam rem infructiferam dedero, veluti equum velocem, vel margaritam præciosam, aliamve rem infructiferam, ut alimenta mihi præstes, quoad vivero: quia tunc vere, contractus innominatus do ut des, utque permutatio est, atque ita proculdubio gabella debebitur: Simili modo distinguendum est secundum ipsum in specie, *l. fin. C. de rerum permu. vbi res ea lege data est, ut menstruum quid à donatario præstetur, si enim ita res detur, ut quid aliud à te ipsa, & eius fructibus separatim, ac diversim præstetur, ut quia forte infructifera (licet præciosa res illa sit) vera permutatio, & contractus innominatus sit do ut des, ac proinde gabella ex utraque parte debeatur: Secus vero, si id singulis mensibus præstandum ex re ipsa, & eius fructibus esset deducendum, quia tunc cum non duæ res sint, sed vna tantum versetur permutatio, & innominatus contractus esse non potest, ex prædictis, sed pactum nudum rei traditione vestitum.**

34 Quod si rem censuam vendero, huius census mentione non facta, sed vt liberam potius certo pretio, licet postea è pretio quantitas census deducatur: nihilominus gabella totius pretij est solvenda, quia vere tanti vendita res est, & venditio valet ipso iure in tota re, non deducta parte censui correspondente, quamvis emptor possit contractum rescindere petito pretio, si velit, iuxta *l. 63. tit. 5. part. 5. cum materia. Quo fit, ut iuxta verba, l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ubi: De todo el precio porque venderen, gabella ex toto pretio præd. debeatur, sicut, quando rem alienam, vel communem vt meam certo pretio vendissent, vt probamus supra, & in terminis utrumque probat, & tenet Lassart. d. cap. 10. n. 37.*

Sed eius opinio meo iudicio vera non videtur, saltem, quando venditor bona siue rem tanquam liberam vendidit, ignorans illam esse censu subiectam, quia gabella non debetur nisi ex pretio rei iusto, veritate attenda.

Non enim adhaerendum ita est verbis legis, quando rem duram dissonamque à recta ratione dissoneret, si vt primo aspectu sonare videtur, intelligeretur, præsertim quando congruum habeat interpretationem iuxta doctrinam Molinæ in similibus terminis *2. tom. de iust. & inr. disput. 349. col. 572. & in propriis contra Lassart. ubi supra, ita arbitratur idem Molin. disput. 384. col. 850. in princ.* Certum enim est, quod bona dicuntur, deducto arte alieno, præsertim censu constituto specialiter super eadem re, & in materia gabellæ hoc est constitutum, vt si res cum onere census vendatur, de ea parte pretij solvenda sit solum gabella, quæ in pecunia numerata solvitur ultra censum, non vero de sorte principali census, quia de ea soluta fuit tempore constitutionis census, vt supra diximus.

Poterit tamen sublineri præfata opinio Lassart. quando venditor sciens rem censui esse subiectam, id obtulit, & pro libera vendidit: tunc namque ob culpam, & malam fidem ipsius: nil mirum quod totius illius pretij integram gabellam soluat. Quod si bona fide ignorans censum, vt in priori specie eam vendidit, quamvis gabella totius pretij propter iustam ignorantiam solvatur, contra veritate à gabellario reddenda est ea pars gabellæ, quæ pretium census tetigerit, non enim iustum est, vt ipse enim iactura aliena locupletaretur abique culpa venditoris.

S U M M A R I A.

- 1 Gabella census constituitur super bonis sitis in alio territorio, cui gabellario debeatur. & n. m. seqq. resolutur in favore gabellarii loci, ubi sunt bona sita, & n. 2. idem probatur in venditione census de amiquo iam constituti, & n. 3. quid quando in diversis locis bona sunt sita? n. 6. quomodo affirmatio tunc fiat.
- 2 Onera, & tributivæ realia sequuntur possessorem.
- 3 Laudemia plurimum prædiorum, vni o pretio non distributo emptorum, quomodo diversis dominis solvenda sunt?
- 4 Gabella non debetur de bonis super quibus census constitutus est, quando locus in quo bona sita sunt est immunitus a solutione gabellæ.
- 5 Bona generaliter obligata pro censu non sunt estimanda pro solutione gabellæ, sed tantum bona super quibus census specialiter constitutus est.
- 6 Obligatio generalis census adiecta non cohæret uniformiter cum bonis specialiter census suppositis.
- 7 contractus census tenet, etiam si quis, ultra obligationem personalem census, obliget generaliter bona sua pro solutione census.

Q V AESTIO LV.

Censu constituto super bonis in alio territorio sitis, cui gabellario debeatur gabella census?

Quæro etiam in proposito præcedentis questionis, cui gabellario debeatur gabella anni